



~~17~~  
EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII

SVPREMVM OFFICIVM  
V I R O  
SVMME REVERENDO, MAGNIFICO,  
ATQVE EXCELLENTISSIMO,

DOMINO  
IO. GEORGIO  
NEVMANNO,

S.S. THEOL. DOCT. ET PROF.  
PVBL. IN ACADEMIA VITEMBER-  
GENSI LONGE CELEBERRIMO, SENATVS  
ECCLESIASTICI ASSESSORI, TEMPLI  
OO. SS. AD ARCEM PRÆPOSITO, ACADEMIÆ  
BIBLIOTHECARIO, ET h. t. DECANO  
SPECTABILI,

*V. SEPT. A. 1709 CC IX.*

IN IESV SVO PLACIDISSIME DEFVNCTO,

XV. EIVSDEM,

CONCIONE FVNEBRI IN ÆDE PAROCH.  
SOLENNISSIME COHONESTATO,

ATQVE  
IN ÆDE OO. SS. AD ARCEM  
SEPVLTO,

DOLORIS DECLARANDI CAUSA,  
PRÆSTITVM

A

VITEMBERGENSI  
COLLEGIO SCHOLASTICO.

VITEMBERGÆ, PRELO CHRISTIANI GERDESII





Heu! dolendum est flebilibus modis  
 Heic propter undas fluminis Albidos.  
 Mutata sunt NEVMANNIANÆ  
 Fata domus: gemit inde SION!

VIRGO PARENTEM FILIA præiit  
 Mox insequutum! Funus erat duplex:

Sed pluribus non vult Thalia hoc  
 Prosequier senio vacillans.

Sat ante dictum plus vice simplici  
 Hoc de THEANDRO, si modo copia

Sit facta Musæ gratulandi,  
 Posteritas veluti docebit.

Hic ergo propter maxima Munia  
 Et DOCTOR audit nomine et omine

Et audiet, donec Beati

Aurea scripta VIRI manebunt.

*Επιταφίον.*

Der Doctor Neumann ist ein zehrer Mann gewesen /  
 Auf diesem Alb-Athen / und was Er hier gethan /  
 Das wird die Nachwelt einst in seinen Schriften lesen /  
 Er liebte reine Lehre und rechte Lebens-Bahn.

Seinem iederzeit Hochwerthgeschätzten Gönner setzte dieses  
 zur letzten Ehren-Bezeugung

**M. JOHANN Beister!**

P. L. Cæs. Lyc. oppid. Vitemb. Rect. h. t. Emeritus, & laudatiff.  
 Soc. Teuton. Confors.

NEVMANNE laudes quis celebret TVAS?  
 Divina certe gratia Numinis  
 Ornaverat tantis bonis TE,  
 Quæ canere haud potuerunt Poetæ.

Contra

Contra Baalis sacrilegum genus  
Pugnasse *TEMET* tempore quolibet

Fortissime, nemo negabit,  
Aurea qui *TVA* scripta vidit.

Hinc jure summo Leucorides *TVVM*  
Pertriste funus flebilibus modis

Virgent, replentes summa coeli  
Sidera luctifonis querelis.

Ponendus autem nae lacrymis modus:  
Nam tanquam Orion splendet in aethere

*Beatus*, et carpit per ævum  
Gaudia, deliciasque coeli.

Benigna summi gratia Numinis  
*Mæstis* ferat solacia *cordibus*

Faxitque, posthac ut benigna  
Fata beent ea tempore omni!

*Beatis Celeberrimi Theologi manibus lugens hoc dabat*

M. CONR. AD. VVINKELMANNVS,  
P. L. C. et Sch. Vir. Pro- Rector.

*Magnus erat Doctor terris NEVMANNVS in hisce:  
In caelis cuius gloria maior erit?*

**N**ach! Ach! Herr Doctor Neumann hat

Die Lebens-Zeit geendet:

Doch / weil Er nach der Himmels-Stadt

Zu IESU sich gewendet /

So hat vermindert sich das Leiden /

Durch seiner Seele-süssen Freuden.

Er hat recht guten Kampff gekämpfft /

Auf seinen Lehr-Amts-Wegen /

Und seiner Feinde Macht gedämpfft /

Die GOTT Ihm half erlegen;

Er hat dadurch Sich Ruhm erworben:

Der stirbt nicht / der also gestorben.

Die Krone der Gerechtigkeit /

Ist beygelegt worden /

So ewig / ewig Ihn erfreut

Dort in dem Engel-Orden.

Was könten tröstlicher wir hören?

Als GOTTES Ehre so vermehren.

*Seinem / im Leben-Hochgeehrtesten-Hn. Gewatter zu letzter  
Ehren-Bezeugung / setzte dieses*

**Johann Wlich** Cant. und Chori Musici Direct.  
NeVMan-

**N**eVMannVs nobls sVbtra hel! neCe eaqVe qVleta,  
 Vere Is DIVInVs ThefoLogVs raplVr. (Anno 1709)  
 Lugent *hunc* multi: dolet HVNC Ecclesia vera:  
 Occidit heu! fancti LVX VENERANDA gregis.  
 Ciues HVNC lugent: tristantur moenia nostra:  
 Ah! GNATVS luget, luget & VXOREVM.  
 Sed quid lugemus? Non est revocabilis ore,  
 Qui vocat e tumulo: munde maligne vale!  
 Coelitibus memet socio, terrestria sperno,  
 Iubilo cum superis Angelicoque choro.  
 Infuper haud quaquam moritur, quia fama superstes  
 In terris, Psyche caelica testis tenet.  
 Idcirco lacrimis iam parcite, sistite fletus,  
 DOCTOREM MAGNUM plangite nec nimium.  
 Felix, cui pariter contingit linquere mundum!  
 NEVMANNI splendor solis ad instar erit.  
 At POPVLO SANCTO, TV CLEMENTISSIME IOVA,  
 DA LINGVA, STDVIO IVDICIOQVE PAREM!

*Debita observantia & condolentis causa ita cecinit*

CASPARVS **Dochnuth!**

Coll: Sen. & IV. Emerit.

**Q**Vis, qualis, quantus DOCTOR NEVMANNVS in almo hoc  
 Floruerit Pindo, sat Monumenta probant.  
 Ergo Fama VIRI, Nomen, Laudesque manebunt,  
 Donec in hoc mundo scripta relicta manent.

*PATRONO & Compatri desideratissimo maestus appof.*

M. IEREMIAS PILARIK,


Coll. V.

**N**EVMAANNVS CELEBRIS citius spe mortuus, cheu!  
 Qui Vitebergæ almae lausque decusque fuit.  
 O si ipsum possem celebrarem carmine digno,  
 Qui certe meruit laude per astra vehi!  
*Nam virtute fuit clarus, pietate fideque:*  
 Leucoris hinc nostræ magna columna ruit!  
 Magna columna ruit! Verum nunc sistite luctum;  
 Vos etenim nostis, sic voluisse DEVM.  
 Conserva vitam Doctorem, maxime IESV,  
 Et fac discedat mors truculenta procul.

*Hæc addere voluit, debuit*

IOH. HORVVEIN,

Coll. VI.



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.  
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 17  
W 18





SVPREMVV OFFICIVM  
 V I R O  
 SVMME REVERENDO, MAGNIFICO,  
 ATQVE EXCELLENTISSIMO,  
 DOMINO  
 IO. GEORGIO  
 NEVMANNO,  
 S.S. THEOL. DOCT. ET PROF.  
 PVBL. IN ACADEMIA VITEMBER-  
 GENSI LONGE CELEBERRIMO, SENATVS  
 ECCLESIASTICI ASSESSORI, TEMPLI  
 OO. SS. AD ARCEM PRÆPOSITO, ACADEMIÆ  
 BIBLIOTHECARIO, ET h. t. DECANO  
 SPECTABILI,  
 V. SEPT. A. *cl* 1<sup>o</sup> CC IX.  
 IN IESV SVO PLACIDISSIME DEFVNCTO,  
 XV. EIVSDEM,  
 CONCIONE FVNEBRI IN ÆDE PAROCH.  
 SOLENNISSIME COHONESTATO,  
 ATQVE  
 IN ÆDE OO. SS. AD ARCEM  
 SEPVLTTO,  
 DOLORIS DECLARANDI CAUSA,  
 PRÆSTITVM  
 A  
 VITEMBERGENSI

